



~~S. 111.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

11-58.

SIGNAT. MDLCCCLXIII.

5

PROGRAMMA  
QVO  
AD  
EXERCITATIONES  
QVASDAM  
SCHOLASTICAS

D, XXVI. SEPTEMBR. HORA ANTEMERIDIANA  
IX. DEO O. M. FELICITER ANNVENTE IN  
LYCEI DVCALIS ANNA-SOPHIANI AVDI-  
TORIO CONSVETO INSTITV-  
ENDAS

*PATRONOS FAVTORES  
AMICOS*

ET QVOTQVOT PVRO MVSARVM  
MANSVETIORVM TRAHVNTVR  
AMORE

*EA QVA PAR EST  
RATIONE AC OBSERVANTIA  
INVITAT*

SIGISMVNDVS ANDREAS CVNO  
PATRII LYCEI RECTOR.

---

*Helmstadt,*  
Typis SALOMONIS SCHNORRII.  
ANNO MDCCXIX.

PROGRAMMA

AD

EXERCITATIONES

QUASDAM

SCHOLASTICAS

D. THEOPHILUS HORN A. ANTEMERIDIANI

IK. DEO. O. M. FELICITER ANNUNTIANTE IN

LYCEI DUCALIS ANNA-SOPHIAE AVD.

ENDIS

PATRONOS HONORATOS

AMICOS

ET QUOTIDVOT PARVS MVSARVM

MANVSCTIONVM TRAHENTIVM

AMORE

EA QVA PAR EST

RATIONE AC ORATIONE

INVIAT

SIGISMUNDVS ANDREAS CAND

PATRIS LYCEI RECTOR

Heinrich

Typis SALOMONIS SCHNORRI

ANNO MDCCXIX



*Ab  
Increato Michaële  
Lecturis  
Creati Michaëlis  
custodiam  
Splendidumque cœlestis aula  
comitatum!*



Anniversaria paucos post dies,  
Summo volente sic Numine,  
redibunt sacra, quibus cœlesti-  
um illarum & ab omni concre-  
tione mortali segregatarum,  
mentium, Angelorum videli-  
cet, inprimis Archangeli Mi-  
chaëlis, christianorum in cœ-  
tibus renovabitur memoria. Pepererunt illa, nec  
non reiiciendum, inde qui propullulavit, Angelo-  
rum cultum, sicut iis, qui sedula Historiam Ecclesia-  
sticam versarunt manu, haud est obscurum, fabulæ  
pontificiæ, adeoque ipsamet fictæ cuidam incunabula

sua debent apparitioni, quæ in monte quodam Apulia, nomine Gargano, & quidem Gelasii, Pontificis romani, temporibus facta perhibetur. Eadem vero in Breviario romano hisce narratur verbis. Contigit aliquando, ut in monte Gargano armenta pascerentur, & taurus quidam longius a grege discederet, qui, diu quæsitus, tandem in amplissima spelunca repertus est; cumque nonnemo sagittam in taurum emitteret, sagitta, divinitus retorta, in ipsum sagittarium recidit. Quo territi miraculo speluncam intrare non sunt ausi, sed consultus est Episcopus, qui triduanum indixit ieiunium, & noctu ab Archangelo Michaële fuit admonitus, istam speluncam in sua (nempe Archangeli) tutela esse, ideoque se velle, ut itidem cultus Dei in sui & Angelorum omnium memoriam ageretur. Quo audito Episcopus, cum plebe ad speluncam progressus, eandem, instar templi, iam formatam reperit, statimque locum istum divinis officiis consecravit, unde postmodum plura edita miracula. Quæ apparitio, ut ex memoratis apparet, dictum movit Episcopum, ut Archangeli Michaëlis festum instituerit, præsertim cum Michaël ipse (si fas est credere) cultum eundem, in sui ceterorumque Angelorum memoriam, contra Cap. XIX. Apocal. v. 10., sibi exhibendum depoposcerit. Verum sicuti nemo tam obesæ est naris, ut pontificium non suboleat fucum: ita & nemini paulo sagaciori commentum istud placebit, utpote dudum ab Historiæ Ecclesiasticæ peritioribus explosum, neque a nobis nunc discutiendum. Quamvis igitur, ea rerum facie, festo illo, quod per fabulam cœpit, sine damno carere possemus: gravi tamen illud consilio nostræ

nostræ etiamnum retinent Ecclesiæ, &, amandato  
procul omni abusu atque angelolatria, ex recensita,  
quæ fabula excrevit, in salutarem usum solamque,  
Trinunius Dei gloriam traducunt. Expedit nam-  
que, ut, quemadmodum certo tempore singulis an-  
nis hoc vel illo fidei christianæ articulo rudis popu-  
lus singulatim imbuitur, ita etiam doctrina de An-  
gelis, obscura in se, nec rationi peruestigabilis, scri-  
pturæ collustrata luce, in Ecclesia publice propona-  
tur, eademque cum ad efficaciorum solatium,  
tum anxium improborum terrorem cœtibus incul-  
cetur. Neque enim potest negari, multum infideli-  
bus inde animi accedere in calamitatibus, ex verbo  
divino si reddantur certiores, angelici sese ordinis  
satellitio cinctos in omnibus sui officii viis muniri.  
Quam satis confirmant veritatem angelicæ tot exem-  
pla tutelæ, si modo quis cupiat Isaaci, Iacobi, Eliæ,  
Danielis vitam intueri, aut gestiat Petri aliorumque A-  
postolorum historiam evolvere. Nec minus quisquam  
potest diffiteri, sollicitum idem infidelibus iniicere hor-  
rorem, adeo, ut stent comæ & vox hæreat faucibus,  
si, conscientiæ stimulantis vi adacti, animadver-  
tant, sua latera, omni angelico præsidio nuda, sævo-  
rum, potentium callidorumque hostium, ex barathro  
profectorum, insidiis esse exposita, qui, salutis  
æternæ felicitatem hominibus invidentes, nihil tam  
quærant anxie, quam ut eosdem nullo fine termi-  
nandæ damnationis nanciscantur socios. Quicquid au-  
tem interea de commemorato iam festo retinuit Ecclesia,  
id omne non creaturæ, sed ipsi Creatori, non legatis, sed  
supremo Regi, non ministris, sed divinæ Maiestati,  
delatum voluit. Consecramus videlicet nos in Pro-  
testan-

testantium Ecclesiis illud festum non divinis alicuius  
Michaëlis creati, verum illius Increati, honoribus.  
Celebramus illo die auspicato communem tum no-  
strum, tum angelici consortii Conditoem, pleno  
gratiæ divinæ magnitudinem ore læti decantantes,  
Agimus gratias Domino Zebaoth devotissimas pro  
hisce concessis tam clementer hucusque cœlestibus  
excubiis. Agnoscimus poplite venerabundo tantam  
Parentis supremi benignitatem, qui adeo illustres no-  
bis filii dignatur adiungere vitæ custodes, fortuna-  
rum conservatores, bonorum multorum præbitores.  
Tot namque Bonitas divina per illos Spiritus deside-  
ratissimos plena in nos manu quotidie confert benefi-  
cia, ut non queat ulla vis dicendique copia rite pro-  
fari. Ex innumeris hoc tantummodo nunc ut tan-  
gam, sua iidem cœlestes genii phalange pios cin-  
gunt, eorumque corpora ubique locorum contra,  
quosvis quorumlibet hostium insultus fortiter defen-  
dunt. Quaque se illi vertant, ipsis adstant promti:  
quo ambulent, sunt præsto: quicquid agant, auxilio  
veniunt. Nullus profecto præterit dies, nulla elabi-  
tur hora, nullum effluit momentum, quo non prote-  
gant hi comites indivulsi Dominum timentes. Quod  
inter alios Novi Fœderis scriptores luculentissime  
testatur electum illud Vas Dei, divus Paulus, ita scri-  
bens: Nonne Angeli omnes Spiritus sunt administra-  
torii, in ministerium emissi propter eos, qui salutis  
accipient hæreditatem? Quasi dicat: Quis fidelium  
ignorat, omnes Angelos esse Spiritus ad ministeri-  
um ablegatos, & quidem propter eos, qui beatitatis  
æternæ erunt consortes, ut adeo plane non sit, quod  
pertimescant, quamvis etiam frendeat dæmon, tremat  
infer-



infernus, personet polus, intonet aura, radient gladii, clangant buccinæ, fulminent catapultæ, strepant tympana, fulgurent bombardæ, totus ruat orbis. Quo validissimo eapropter præsidio etiam omnes communis vitæ Hierarchiæ confirmantur, siquidem officiis suis paratissimis submissi Spiritus illi neque Ecclesiastico, neque Politico, neque Oeconomico unquam defunt Statui, dum cuiuslibet generis mala ab iisdem averruncant & strenue propulsant. Quam tamen egomet materiam, gratæ studio brevitatæ, pluribus hic iam quidem haud persequar. Facturus enim est illud luce craftina, Numine Summo adspirante,

**FRIDERICVS WILHELMVS MÜLLER,**  
*Scheningensis, nostræ non indiligens alumnus disciplinæ, Orationem de S. Angelorum officiis, quæ Statui Ecclesiastico, Politico & Oeconomico præstant, prompta ex memoria expromitur. Post quem vero etiam adhuc alii declamabunt commilitones, nimirum*

**IOHANNES IVLIVS HELD,** *Döbbelensis Brunsvigas, commatis itidem boni adolescens, qui de Mediis, quibus S. Angelos nobiscum retinere possimus, orationem habebit. Hunc sequetur*

**IOHANNES LVDOVICVS CVPEIZ,** *Vmmendorfio Magdeburgicus, discipulus similiter industrius, Cbriam in illud Seneca: Sic vive cum hominibus, tanquam Deus videat, recitaturus. Quem excipiet agmen iam clausurus, alias primus in ordine,*

VOLL.

VOLLRAHT RVDOLPHVS DE SCHLADEN,  
*Stasfurtia-magdeburgicus*, veri adolescentis stu-  
diosi quotidie partes pro virili explens. Hic ve-  
ro, postquam sol non ita multis abhinc diebus  
Libræ Signum intravit, Auctumnūque redu-  
xit, ubertatem aliasque eius considerans com-  
moditates, *in Auctumni laudes non ita multis ex-*  
*spatiabitur*, recordatus, Hiemis se non ita du-  
dum encomiasten publicum existisse.

Adeste igitur, Patroni O. O. optimi! Adeste,  
Fautores rei literariæ honoratissimi, ad dictam diem  
atque horam, in chartæ frontispicio indicatam, no-  
strisque artis oratoriæ tironibus benevolas commo-  
dare aures non gravamini! Facite, vestra honorifica  
ut præsentia grex noster scholasticus ad crebras istius-  
modi generis exercitationes non langueat, verum  
potius inflammetur acrius! Id quod comiter Vos  
confido facturos, eoque magis huius officii nos fo-  
re memores polliceor. Valet, circumsepti semper  
angelici exercitus cohorte fulgentissima! Dabam

Scheningæ die xxv. Septembr. anni  
MDCXCIX.



Ung. VI 58. (1)

ULB Halle

3


002 686 287



56,

VD17  
Sep. 2000 Pcl.







5

PROGRAMMA  
QVO  
AD  
**EXERCITATIONES  
QVASDAM  
SCHOLASTICAS**

D. XXVI. SEPTEMBR. HORA ANTEMERIDIANA  
IX. DEO O. M. FELICITER ANNVENTE IN  
LYCEI DVICALIS ANNA-SOPHIANI AVDI-  
TORIO CONSVETO INSTITV-  
ENDAS

*PATRONOS FAVTORES  
AMICOS*

ET QVOTQVOT PVRO MVSARVM  
MANSVETIORVM TRAHVNTVR  
AMORE

*EA QVA PAR EST  
RATIONE AC OBSERVANTIA  
INVITAT*

**SIGISMVNDVS ANDREAS CVNO**  
PATRII LYCEI RECTOR.

---

*Helmstadt,*  
Typis SALOMONIS SCHNORRII.  
ANNO MDCCXIX.

113

